biennium anno 73. 1563. supra omnem adhibitam diligentiam, et studium conseruandæ pacis per quibusdam bellorum initijs ex eo quod nonnulli per uim aliorum Statuum sacri Imperij nostri hæreditarios dispopulari, et hostili manu inuadere cœperunt, alijq. incommodis tollendis, et emendandis, ceterum totius sacri Imperij nostri comitantum indicire decreuerat, nisi consilium hoc per continuatum et quotidie magis ac magis ingrauescentem argutiarum, ac per subrepentem demum mordacem prudentiam fuisset. Cæterum cum uideremus nonnulos ijsdem cautis, quib. glor. mem. D. et Pr. noster quoq. ad similem Comitantum cogendum incitaij, sed alias etiam interim adiunctas quotidie adiungi, maxime uero summa et inuitabilis necessitas deliberandi quemadmodum Religio nostra Christiana interuentu gratiæ diuinæ ad meliorem, et rectiorem intellectum perducta sectarij indices ingruentes et grassantes tolli aliquando possint, Vt demum pax constans, et perpetua omnibus sacri Imp. nostri Status restituat, et tandem aliquando salutares maiorum nostrorum de communi pace ordinationes reuiuentur, renouentur, et si necesse sit emendentur. Rei mediæ necessitas nos urget de eo deliberandi quemadmodum Regna, et Dominia nostra hæreditaria contra communem Christiani nominis hostem tueri, et defendere possimus. Ad hæc quid de ijs Statibus et Dominijs, quæ sac. Imp. nostro ab externis Principibus subductæ, et eripta sunt, deinceps statuendum, quo suus sacro Imp. honor, decus, dignitas &c. quantum eius fieri potuit conseruetur. Insuper quemadmodum iudicium Cam. nostræ Imp. pacis &c. 73. pars Imperij nostri secundum necessitas, et iustitia postulat ordinaque iustitiæ administranda sit contin. Deputationes etiam Imperij nostri generales aut certorum dierum ad id deputatorum annis ab hinc aliquot cœptæ, statuali indeciso hactenus, et suspensæ in deliberationem iterum uocantur, tandemque diuidantur. Imperij Status, et ordinationes in meliorem formam redigantur, Rei monetariæ reformatio iampridem inchoata, tandem perficiatur et effectum suum sortiatur. Postremo ut ab hac diuisione differentiæ inter sac. Imp. nri Status tollamus, suusq. cuiq. locus restituatur. Eorum cum iam dicti, et alij plures communem, et publicam rem concernentes, nulla alia ratione uel magis uel commodius tractari, et decidi possint, quam communi omnium Statuum nostrorum Comitiorum prærogatiua quin ex dignatus nostri sac. Imp. Electorum sententia generali totius sac. Imp. nostri Comitijs diem indiceremus, ut per præsentes indicimus diem 73. Lunæ quæ est 14. mensis Januarij anni 1566. in nostra Imp. Ciuitate Aug. ubi nos ipsi Deo opt. max. uolunt in pluribus omnipotente, et dicta Comitia in nomine Dni auspicare uolimus. Hos itaq. dictam diem, et locum omnibus intimare uoluimus eandem pro eo uinculo quo nobis et sac. Imp. nro obstricta est, clementer

monentes

monentes, et Imperatoria authoritate serio mandantes, ut postpositis omnibus alijs negotijs, sola Dei op. max. uoluntate, alieq. uolunte excepta, ad dictam diem dicti in loco in propria persona coram adesse uelit. Verum si ex unica iam dicta causa ei adesse nō licuerit, suos tamen idoneos Procuratores gratissimis, et prudentissimis quibusq. ad id deputatis, eo destinari uelit, cum plenissima potestate omni exceptione maiori. Vt dicti procuratores nobiscum, et cum reliquis Imperij nostri Statibus de alijs alijq. quæ interim Imperij nostri utilitatem concernentes pro tempore incidere poterunt, articulis deliberent, statuant, atq. decidant. Monemus etiam, atque præcipimus, ne D. T. in iam dictis inobedientem, aut alioqui negligentem se nobis exhibere uelit, aliasue causas moras, aut uias, aut procuratorum huius prætendere. Quare et negotijs deliberationibusq. nostram iniicere, et reliquis Statib. maximorum sumptuum causa esse possit. Quod si D. T. uti nobis de ea clementer et gratiose promittimus, et pollicemur fecerit, faciet non tantum communi, et s. R. Imi nostri rem quam maxime salutarem, sed priuatis rebus, et Statibus suis summe utilem, atq. securam: sed id et quod pro eo uinculo, quo nobis, et sacro Imp. nostro obstricta est, cum eo offtio diuitiis promittentes è contra D. T. pro tam prompta uoluntate sua gratiam, et benevolentiam nostram &c. Interim vero D. T. celare noluimus, eam siue coram sed adfutura siue non, siue procuratores mittat, uel non mittat, nihilominus quantum. in dictis Comitijs rebus de communi sententia sancita fuerint, pro sua parte rata habituram, et executioni mandare obligatam fore, non secus ac si præsens uel per se, uel per Procuratores suos adfuisset. Datæ in Ciuitate nostra Viennensi 12. Octob. 1565. Regnorum nostrorum Rom: et Vngr. 3. Bohemiæ vero 17.